

CAPUT IV.

V. 11. Ἀχειτῆς ἐν ὥρας.

Eriam nunc: Ne me de præteritis tantum agere existimetis.

Καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν.

Præcipua vitæ incommoda recitat, unde intelligenda cætera ejusdem generis. Vid. Act. XX. 19. Philipp. IV. 12. 2. Cor. IV, 8. & sequentibus VI. 4. 5. 6 Γυμνήται sunt velites unde γυμνητεύειν velitem agere. Sed κατὰ χρεστικῶς dicitur de omnibus nudis, id est tenuiter vestitis. Vide Marc. XIV. 52. Joh. XXI. 7.

Καὶ κολαφίζομεθα.

Κολαφίζειν propriè quid sit Vide Matth. XXVI. 67. Sed per κατάχρησιν ponitur pro quavis gravi vexatione, ut videre est 2. Cor: XII, 7. 1. Petr: II, Simile loquendi genus 2. Cor. XI 20.

Καὶ ἀστειρόμεν.

Jaetamur ἰσχυρῶς. Hoc tristior est nostra paupertas, quod nec tenui lare eam abscondere valemus; sed ubiq; locorum eam circumferimus. Sumus ἀστικοί, ἀνίστιοι. Ἐλαυνόμεθα φυλάδες ἄξεδροι χθονός.

Nonnulli exprobari Corinthiis volunt, quod Paulum cum collegis stultos, quod absona docerent, & dura paterentur, se autem prudentes habuerint in Christo. Illis infirmitatem Spiritus, sibi robur tribuerint, Illos cum pauperie, & ignominia confictari, se verò divitiis & gloria fluere jaetitarint. Sed quod de sese hæc gloriati sint, facile admittimus. Ex adverso autem ipsos ita despexisse Apostolos non apparet, neq; verò est simile quàm sese potius ipsorum nomine extulerint, dicentes se Pauli vel Cephes esse. Neq; quòd tales Apostoli sint κατὰ δόκησιν tantùm, sed quòd revera tales sint in mundò, queritur Apostolus. Quemadmodum nec à Corinthiis, sed ab aliis colaphis casos, aut blasphemis affectos dici, inter omnes constat.

V. 12. Καὶ κοπιῶμεν ἐργαζόμενοι τῶν ἰδίαις χερσίν.

Laboramus ad lassitudinem Vide Act. XVII. 3. 2. Thess. III. 18. Hæc omnia tacita appositione notant doctores Corinthios, opulentos, inflatos, quibus quæstiosum erat Evangelium.

Illius ἀντιθέσεως nec aperta, nec operta hic reperio vestigia. Et laboravit manibus suis Apostolus, antequam tales, si Corin-